





1786,1

6

POSITIONES IVR. VTR.  
SELECTAE,

Q V A S

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE

IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI

PRO GRADV DOCTOR. IVR.

PVBlicAE DISQVISIIONI

D. XXX. MART. MDCCLXXXVI.

SVBICIT

PETRVS FRANC. AGRICOLA,

SS. THEOL. DOCTOR, SAC. FACVLT. ADSESSOR, INSIGN. ECCL.

COLL. AD B. V. M. CAN. CAP., SAC. CANONVM PROF. P. O.

AC ELECT. ACAD. SOCIVS,

RESPONDENTE

D O M I N O

CHRISTIANO GOTTHARD,

IVR. CANDIDATO.

---

ERFORDIAE,

TVPI NONNIANIS,

POSITIONES IUR. VTR.  
SELECTAE

IN  
\* \* \*

Ista Positiones in typographia jam in eam formam redactae erant, ut meo *Jurisprudentiae Ecclesiastico-Germanicae Prodomo* affigerentur; at postea aliter visum est. Non ingratum erit, si una cum his Positionibus praedictus *Prodomus* impugnetur.

PETRVS RANC. AGRICOLA

CHRISTIANO GOTTHARDI



## POSITIONES IVRIS.

**E**xistunt leges naturales, eaque sunt necessariae, ac nulli mutationi obnoxiae. 2. Autocheiria est I. N. prohibita. 3. Bellum, si iusta subsit causa, est licitum. 4. Iusta bellum indicendi causa non est, nisi sola laeso, quae aliter ac bello declinari non potest. 5. Bona educatio est praecipuum legislationis fundamentum. 6. Imperans potest, & ipse solus potest, ac pro ratione circumstantiarum debet, privilegium odiosum statuere. 7. Aequalitas in judiciis divisiis, nisi contrarium probetur, est praesumenda. 8. In restitutione pecuniae, si facta sit pretii externi mutatio, computanda est bonitas intrinseca. 9. Communio bonorum inter conjuges in Germania pro lege communi haberi non potest. 10. Obstagia sunt prohibita. 11. Lex Papia Poppaea merito est sublata. 12. Donatio inter vivos invalida non est, licet donator alteri pacto successorio reciproco bona sua promiserit. 13. Praescriptio legitima pro utroque foro transfert dominium. 14. Scripturae antiqua possessione firmatae cum favore dijudicandae sunt. 15. Legis Corneliae poena, ut locum habeat, fraus est probanda. 16. Constitutiones sec. XII. Roncalienses Germanos non obligarunt. 17. Simultanei

innoxii introductio P. W. non repugnat. 18. Cano-  
nes sic dicti Apostolorum ex parte nobile sunt veneran-  
dæ antiquitatis monumentum, at Apostolos autores non  
habent. 19. Codex, qui dicitur, Ecclesiæ universa-  
lis, solum talis ratione Orientalium fuit. 20. Felix &  
solum felix Respublica, in qua floret religio Christi,  
quam felicitatem auget promovetque Sacerdotii ac Im-  
perii concordia. 21. Ecclesiæ status ordinatione divina  
est hierarchicus, in quo primatu honoris & jurisdictionis  
eminet Romanus Pontifex. 22. Ista Hierarchia ad  
felix Ecclesiæ regimen multum confert. 23. Syno-  
dus Tridentina fuit legitime congregata & œcumenica.  
24. Infidelis ad fidem conversus potest ad alias transire  
nuptias, si infidelis thori focia nolit cohabitare absque  
injuria Christi. 25. Facultas impedimenta statuen-  
di competit Ecclesiæ ex jure proprio. 26. Matri-  
monii consummati vinculum inter fideles sola morte  
unius conjugum dissolvitur. 27. Probationes vulga-  
res merito reprobavit Pontifex. 28. Ecclesia ordi-  
natione divina habet facultatem immorigeros e sinu suo  
ejiciendi.

Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 2386945





1786,1

6

# POSITIONES IVR. VTR. SELECTAE,

Q V A S

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE  
IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI

PRO GRADV DOCTOR. IVR.

PVBlicAE DISQVIsITIONI

D. XXX. MART. MDCCLXXXVI.

SVBIIICIT

## PETRVS FRANC. AGRICOLA,

SS. THEOL. DOCTOR, SAC. FACVLT. ADSESSOR, INSIGN. ECCL.

COLL. AD B. V. M. CAN. CAP., SAC. CANONVM PROF. P. O.

AC ELECT. ACAD. SOCIVS,

RESPONDENTE

D O M I N O

## CHRISTIANO GOTTHARD,

IVR. CANDIDATO.

---

ERFORDIAE,  
TYPIS NONNIANIS,

